



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Tribulationis bona sunt quatuor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

CHRISTIANA

deient. Secundo, est magna offensa
 Dei, quæ ex tarditate ista incurritur,
 de qua Prou. Sicut acetum dentibus,
 & fumus oculis, sic piger his, qui mi-
 serunt eum, Acetum molestum est
 dentibus, & fumus oculis, sic Deus
 molestatur in nimia tarditate eorum
 qui sibi seruiunt. Tertio est magna
 gratia. Gregorius. Quoniam habet
 apud Deum seruientes ei uelociter,
 & strenuè. Prou. Vidisti uirum uelo-
 cem in opere suo, coram regibus sta-
 bit, nec erit coram eo ignobilis.

*Tribulationis bona sunt
 quatuor.*

Primū est, quia illuminat. Tren.
 3. Ego ubi uidens paupertatem
 meam in uirga indignationis
 eius. Isa. Sola uexatio intellectum
 dabit &c. Et Gregorius oculos quos
 culpa claudit, pœna aperit. Secun-
 dum quia est signū dilectionis. Apoc.
 Ego quos amo arguo, & castigo &c.
 Heb. 12. Quem diligit dominus castigat,
 flagellat autem omnem filiū quē reci-
 pit, &c. Idem. Si extra disciplinam
 estis, iam non filii, sed spurii estis, &c.
 P. Augustinus. Si exceptus es à pas-
 sione flagellorum, exceptus es à ne-

mero filiorum . Tertium est, quia inci-
 tat ut Deum requirat . Isa. Domine
 in angustiis exquisierunt te . Osee. 6.
 In tribulatione sua mane consurgent
 ad me . Gregorius . Mala quæ nos
 hic præmunt, ad Deum ire compel-
 lunt . Quartum, Quia uitam æternam
 præstat . Cor. 4. Id enim quod in præ-
 senti est momentaneum & leue, &c.
 Luc. Beati qui nunc fletis, quoniam
 ridebitis &c.

Isa, 27.
 Osee, 6.
 Grego.
 2, Cor, 4.
 Luc, 16.

*Tribulationis cause sunt
 quinque .*

Prima est ut tenter . Deut. Ten-
 tat uos Deus uester, ut palam
 sciat utrum diligatis, eum an
 non . Ecclesiasticus . Vasa figuli pro-
 bat fornax &c. Gregorius . Pæna
 quippe interrogat, si quietus quis ue-
 raciter amat . Secunda est, ut pecca-
 ta purget . P. Augustinus . Quod fla-
 gellum grano, quod lignum ferro,
 quod fornax auro, hoc facit tribula-
 tio iusto . Io. 16. Omnem palmitem
 qui facit fructum purgabit eum &c.
 Et de paralitico legitur . Remittun-
 tur tibi peccata tua . postea dixit. Tol-
 le grauatum tuum &c. Grego. Ignem
 tribulationis admouet, ut in nobis ru-

Deu, 13.
 Eccl, 27
 Grego.
 Augul.
 Io, 16
 Io, 5.
 Grego.